AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 95v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& seniorib; dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum.
Illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argen
teis in templo recessit & abiens laqueo se suspendit. Principes
autem sacerdotum acceptis argenteis dixer: Non licet eos mittere
in corbonan quia pretium sanguinis est. Consilio autem accep
to emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinor.
Propter hoc uocatus est ager ille acheldemach id est ager
sanguinis usq; in hodiernum diem. Tunc impletum est
quod dictum est per ypham hieremiam dicentem. Et accepunt
xxx argenteos pretium appreciati quem appreciauerunt
a filiis israel & dederunt eos in agrum figuli sicut constituit
mihi dns. Si quis autem mouetur quod hoc testimonium
non inuenitur in septuaginta hieremie pphe & ido putat fidei
euangliste aliquid derogandum primo nouerit nomis
codices euangliorum habere quod per hieremiam dictum sit si
tantum per ypham. Possumus ergo dicere his potis codicib esse
credendum qui hieremie nomen non habent. Dictum enim
hoc per ypham si per Zachariam. Vnde putatur codices esse
mendosos qui habent nomen hieremie quia uel Zacharie
habere debuerunt uel nullus sicut quidam si tamen per
ypham dicentem qui utiq; intelligitur Zacharias. Si; utatur
ista defensione cui placet. Mihi autem cur non placeat
hec causa est quia & plures codices habent hieremie nomen
& qui diligentius in greecis exemplaribus euangelium conside
rauerunt in antiquioribus greecis ita se phibent inuenisse.
et nulla fuit causa cur adderetur hoc nomen ut mdositas
fieret cur autem de nonnullis codicib tolleretur fuit
itaq; causa ut hoc audax impietas faceret cui turbaretur
questione quod hoc testimonium apud hieremiam non